



74
P. JOANNI
PAULO OLIVÆ,
SOCIET. JESU
PRÆPOSITO GENERALI
FRANCISCUS CARRERA.

Rubescam haud
invitus eam si-
mulare vere-
cundiam, qua
veluti artifici penicillo tum
maxime inducendam nonnul-
lorum vatum lucubrationi-
bus lucem meditatur ; cùm
illis umbram , aut igneam
ā 3 litu-



lituram illinire velle vide-
tur. Sine fuso loquar, haud
mihi per cuniculos ad legen-
tium benevolentiam conci-
liandam obrependum. Novi
quam inopis vene poësim
excudam, sed quæ velit mi-
tis anagnostæ beneficio locu-
pletari. Sua se tamen ino-
pia tegi non recusat, si mul-
tius obtutu dignetur. Obmu-
tescet etiam ranæ instar Se-
riphiæ, simul ac primum cen-
soris cuiuslibet superciliosi
lentium imperabitur. Inter-
rea si quodam quasi ingeni-
to meis nugis fato, cicadæ
garritum aut exprimat, aut

emiu-

elle vide.
ar, hand
ad legen-
n conci-
n. Novi
e poësm
velit mi-
cio locu-
en mo-
si nul-
Obmu-
tar Se-
umcen-
rcilio si-
. Inte-
i ingeni-
, cicade
ut, aut
RMH
emuletur; est profecto, cur
ad Tutelarem Tuae OLIVÆ
Umbram, Pater Optime,
confugiat, suaviorem ibi
certè datura modulatum:
(a) quandoquidem præ omni-
bus, oleæ plantam amant
cicadae.

Nec verendum mihi est,
ne illam quoquo modo ob-
frepentem vividus, Σ ,
ut ita dicam, astivus Tui
Patrocinij calor ab critico-
rum hyeme non tucatur,
ac foveat. (b) Ad eam fe-
stinat OLEAM Byzantina
illa, quæ igneo facundita-

ā 3 tam

(a) Arist. lib. 3. de animal. c. 30.

(b) Solstratus Byzant. apud Tatium lib. 2.

tem hauſit ab imbri , longe
potiorem. Etenim magni
parentis IGNATII igni-
bus irrigata adeo miram
extulit , diffuditque fron-
dem , ut non tam feliciter
obumbret , quam innoen-
ter incendat. Plura me lo-
qui gestientem pudor exter-
ruit , ne quid in hujusce
flammae innocentiam pecca-
rem: etſi fortaffe venia mi-
nime indignus sim ; quod in
Tui Nominis Clientelam im-
portunus irrepserim. Mi-
nerva vis fuit ; qua , jure
an injuria incertus scio , me
ad Tuam rapuit , suæque
fron-

bri , longe
im magni
TII ign.
o miram
que from.
3 feliciter
innocen.
ra me lo.
r exte.
hujusce
pecca-
enia mi-
quod in
lam im-
. Mi-
ia, jure
cio, me
sueque
from-

frontis coronarium O L I-
V A M : quam totius Societatis
nostræ præsidem diu sospitem,
incolumemque D E U S Opt.
Max. servet , nostrumque
omnium bono custodiat. Pa-
normi , Calendis Februari.

M . DC . LXXIII .